



117.

ut si quippiam iniuriarum aut uolentiae contra monasterium
 et monachos eius inchoare temptasset: per auctoritatem
 fratris germani ipsius abbatis Brunonis qui erat inter
 omnes suenos potentissimus comprimeretur. Erant ei
 et alij complures uiri diuinis potentia et nobilitate insig-
 nes sanguine et amicitia coniuncti: qui conatus epi omnes
 sua potentia facile impediissent. Sed cum vidisset eps ad
 fratres alium sibi ordinasset abbatem: egre quidem tulit
 nihil tamen contra eos mali temptauit. Erat enim spirensis
 curis et negotiis usque adeo inuolutus et occupatus est: ut pa-
 rum de rebus alienis permitteretur cogitare. Bruno itaque
 in abbaciam confirmatus. negotia secularia fratribus idoneis
 disponenda commisit: et ipse cum reueris interiora curans vi-
 tam suam bonorum operum exemplar subditis ostendit. Qui
 licet nobilis fuerit et nature imbecillus: nunquam tamen vel in
 habitu uel motu pretiosus aut singularis fuit. Anno eius
 adhuc primo currente qui fuit dominice natiuitatis. M.
 C. vi. Henricus rex iunior filius Henrici imperatoris. iij.
 colloquium principum apud magunciam ad natale domini
 indixit: ubi tantus eorum abbatum et principum conuen-
 tus fuit: quanta per multa curricula annorum nunquam visus
 fuit. Ibi superuenerunt aplice sedis legati Albanensis et
 constantiensis epi. sententiam anathematis in Henricum se-
 niorem imprem a tot summis pontificibus et alijs epi-
 scopis fulminatam testificantibus: unquam a comunione omnium fi-
 delium abstrisum a multis annis fuisse et esse protestati
 sunt. Qua de causa impr consilio principum apud villa
 regiam que Ingelheim dicitur legatis pape occurrentibus et
 reueris epi tandem reatum suum compulsus necessitate
 rogauit: remanque postulans a legatis ad examen se-
 dis apostolice remissus est. Unde ad horam compunctus fi-
 lio imperium cum insignibus cruce uidelicet lancea. scap-
 tro. pomo et torona. coram principibus et legatis resig-
 nauit: suaeque consulturum anime in antea promisit.

frater abbas
 brunonis uir
 potentissimus

Abbas Bruno
 miora curat

Colloquium
 principum in
 magunciam.

Legati aplice

Ingelheim

Impr reman-
 petit erutus.
 sui a legatis.